

r. 1772.

Durini Angelus, nuncyus
Ad^{res} Aeternae memoriae Simonis Simonidis Bendouski

Æ T E R N Æ
M E M O R I A E

S I M O N I S S I M Ō N I D Æ

B E N D O N S K I

E Q U I T I S A U R A T I
M A G N I I L L I U S Z A M O S C I I

à S E C R E T I O R I B U S C O N S I L I I S
P I N D A R I L A T I N I

P o e t a r u m P o l o n o r u m , q u i l a t i n e s c r i p s e r u n t

P R I N C I P I S

*Qui eâ qua plurimum valebat eruditione atque in pangendis
carminibus felicitate caste & innocenter usus, neque Polonica,
neque Litterariæ Republicæ unquam defuit,*

A N G E L U S

E X C O M I T I B U S M O D O E T I A E

D U R I N I

P A T R I T I U S M E D I O L A N E N S I S


A R C H I E P I S C O P U S A N C Y R A N U S

Per utramque Poloniam & Magnum Lithuaniae Ducatum
cum facultate Legati de Latere

N U N T I U S A P O S T O L I C U S

P L A U D E B A T C O N S E C R A B A T Q U E

H A N C C A R M I N U M C O R O L L A M




Anno MDCCLXXII.



AD LECTOREM.

*Si veteres tantum volvis laudasque Poetas,
Vel perfusa pari nectare Simonidis
Pone quidem nostras, levis est iactura, papyros
Non mea subducti est Musa supercilii.
At si Poninskios, Lector, si volvis Asebios
Non adeo sunt hæc deteriora: lege.*



O D E I.

Quis entheati pectinis arbiter
In tot sonores carmina dividit?
 Servatque per omnes canendo
 Pierium numeros tenorem?
Seu dulce Sapphus, seu grave Pindari
Genus sequatur, seu fide Teia
 Cantet venustum, seu minaces
 Stesichori cieat Camœnas.
Nunc te sonantem provocat aureo
Catulle plectro, nunc tibi concinit
 Æquus Properti; nunc laceffit
 Te Latix Fidicen choreæ.
Hic ille fœtus clara Leopolis,
Quem stirpe felix Armenia dedit
 Subtile cui gentes acutæ (a)
 Ingenii perperere munus.
Hinc mentis altæ vividus impetus
Per omne traxit quem genus artium,
 Egitque per gentes, per urbes
 Nosse vias, documenta, mores.
Vrbs Roma testis, Vrbs caput urbium,
Cinxit coronâ quæ tua tempora (b)
 Mirata virtutes, beati
 Ingenii venerata dotes.
In te vetustum vidit imagines
Spirare Vatum, temporis aurei

A 2

Tu

(a) Vide Starovolscium ubi de Itinere Italico Smonis Simonidæ.

(b) Vide Starovolscium, & Diction: D. Bayle.

Tu annos dedisti, prisca sarxit
 Roma tuo rediviva versu.
 Hinc te Joannes ille *Zamoscius*
 Magnus bonarum conditor artium
 Clarusque Mæcenas, Polonæ
 Præsidium columenque Gentis.
 Cui lingua Tullî contigit aurea,
 Cui bellicosi Cæsaris impetus
 Cui fœta legum mens Trebatî,
 Cui rigidi gravitas Catonis
 Doctum probavit: dum lateri suo
 Adiunxit altis sensibus intimum,
 Curis levamen, litterarum
 Participem, & sobolis Magistrum (a)

O D E I I.

Vates Latinæ Fons opulentia,
 Quem vidit ingens carminis arbiter
 Dulces in auras prodeuntem
 Luminibus placidis Apollo.
 Cui docta semper Pieridum cohors
 Sacros liquores uberius dedit
 Haurire, & audaci volatu
 Aonios penetrare saltus.
 Cum vena metris imparibus fluit,
 Suavem Properti spiritum ego putem
 Modos avenâ grandiore
 Romuleis sociare nervis;
 Putem aut noveni delicias chori
 Catulli alumnum Vatis amabiles

Fudisse

(a) Thomæ Zamosciji Magni Joannis Filii.

Fudisse concentus, & aureo
 Dulce melos cecinisse plectro.
 Sed trux protervis turbinibus furor
 Blande sonantem concidit ad lyram;
 Lechæa reptavere saxa,
 Sarmaticæ saliere quercus.
 Vrnâ recumbens audiit Istula,
 Dixitque lymphis carmina purius
 Manare, & immotis sonoros
 Obstupuit numeros fluentis.
 Aurita quales ad vada Strymonis
 Vates choræis charus Apollinis,
 Orco relabentis maritæ
 Fata dolens iterata fudit.
 At summe Vates non imitabilis,
 Quis credat eheu! crimine Sarmatum
 Ætate marcescis *Zalusci*
 Conditus interiore tecto.
 Teque ista profus sæcula nesciunt
 Insulsa, nullus perlegit o *Simon*,
 Quæcumque decurrens profudit
 Vberibus tua vena rivis.
 Ergo indecore tot Latias opes
 Obliviosis nox tenebris premet,
 Et digæa Musis unicum usque
 Scripta *Zalusciadem* beabunt?
 Nequaquam ferat hoc egregio sedet,
 Cui corde Phœbus: divitis ingeni
 En scripta victuris in ævum
 Credere codicibus laboro.
 Sic fata vinces, magne *Simonida*, et
 Nunquam timebit pars melior tui,

Doctique

Doctique sermonis leporem
 Ore legent memori Poloni,
 Vir magne vives, ilia protinus
 Rumpantur atris invida *Asebiis*:
 Vir magne, qua laudis decore
 Parte cupis meliore, vives.
 Orbisque & ævi iam supera ultimos
 Claro canorus pectine terminos,
 Vir summe vives; hoc *Simonis*
Italus en meritis repono.

O D E I I I.

Quid iam Roma vetus, quid sibi vindicent
 Pelasgum proprium Natio? quid, precor,
 Aer mitior aspero,
 Aut quid sol oriens queat,
 Præferre occiduo? en frigida Roxia
 Vrbs quidquid Latii, quidquid Apulia
 Et doctæ cecinere
 Thæbe pectine protulit.
 Longo est veridicus tempore creditus
 Flaccus, Pindaricum non imitabile
 Lapsuro omine vulgans
 Carmen: grande *Simonidis*
 Sed postquam ille melos audiit, illico
 Quod dixit revocat; quemque sibi parem,
 Miraturque gemellum,
 Anceps tollit, & æmulus,
 Mixto cum trepidâ lætitiâ metu;
 Nam clare videt haud currere se amplius
 Solum, dum sua sentit
 Retro signa pedum premi.

ODE IV.

O D E I V.

DUm nuper altâ nocte sopor meos
 Vinciret artus, me bifido Pater
 De monte Latous paventem his
 Vocibus admonuisse visus.
 Non sola Vatum nobilium cohors
 Laudes meretur, pollice quæ lyras
 Dulci retractans, digna Pindo
 Digna canit Charitum choræis.
 Parem reportat post venientibus
 Seclis honorem, qui melioribus
 Favet Poetis, Palladisque
 Doctificas veneratur artes;
 Frontesque lauru Pieria colit
 Semper virentes, nec carie finit
 Squallente morderi, specuque
 Tartareo monumenta mergi;
 Mansura porro hoc tramite providus
 Juro, obtinebis præmia gloriæ
Durine, si olim quas sonavit
Simonides graviore plectro
 Vulgabis Odas, Sauromatis suum, et
 Reddes canori carminis alitem:
 Illum ipse securum pericli
 Pierios docui volatus.
Simoniano carmine doctius
 Quid Roma iactet? quid numerosius
 Vel Theba, Cœique, aut canori
 Stesichori modulentur ignes?
 Seu cum diserti fluminis impetu
 Ripas superbo transilit agmine, et

Effusus

Effusus in laudes, sui que
 Impatiens ferit astra vertex;
 Seu dithyrambo concitus, & pede
 Fertur soluto liber, Horatium
 Prævestus, Alcæumque, & altum
 Orphea, Pindaricosque cantus.
 Stuporne Flacco permanet aut metus
 Graium Latinis vocibus assequi,
 Si Teia, Thebanæque chordæ
Simonidis stupere plectro?
 Vides ut almæ culmina Phocidos
 Lætis *Simoni* nutibus annuunt;
 Ut blanda subsultat canoro
 Nostra cohors agitata plectro?
 Hunc namque nostræ Calliopes lyræ
 Arguta Proles suspicit arbitrum;
 Hunc autra Bæotique fontes
 Supplicibus venerantur undis.
 Iniuriosi vah sceleris pudet!
 Errare Musam *Simonidis* vagam,
 In mille partes dissipatam
 Per varios finire angiportus.
Durine crimen non tu equidem hoc feres,
 Cui mens Latino fervet ab æthere,
 Cui tincta musæo lepore
 Corda, luto & meliore ficta.
 Huic ipse (fandi nam mihi copiam
 Tum fecit) inquam, iussa facessere
 Jam Phœbe nil ultra morabor,
 En opus aggredior cupitum.
Simoniani splendida pestinis
 Æternitati munera confecro

Digesta mansuris reponens
 Ordinibus veniens in ævum.
 Hac voce tactus Cynthius annuit,
 Et me volucris deseruit fugâ,
 Evanida ut corpus relinquit
 Umbra suum fugiente sole.'

O D E V.

Quid me secretis Antrorum, Musa, latentem
 Pumicibus adigis
 Victrices ævi tot Graiùm evolvere chartas
 Scriptaque tot Latii?
 Vnus *Simonides* sacro me corripit æstu
 Eripit atque mihi
 Sensum omnem, varias divini pectoris artes
 Dum stupeo, & pelagus
 Altum Doctrinæ pelagus, mentemque profundam.
 Oraque plena Deo.
 Ah! quæ illi & quanta aspirans monstravit Apollo!
 Non equidem invidiâ
 Stultus ego rumpar; donis Superum ille fruatur:
 At mihi cur eadem
 Invidit Natura Parens, tot munera mentis,
 Enthea meque fugit
 Vis animi? cur atque sequi vestigia laudis
 Non mihi tota datur?
 Aspice ut Ausoniis numeris dum fervidus instat
 More ruat fluvii,
 Cunctaque transcendat Vatum monumenta Priorum.
 Omnia quippe rapit
 Secum, fert lauros vulsis radicibus omnes,
 Vindicat atque sibi.

B

In diversa

In diversa diu diversas pectora dotes
 Contulit, atque tenax
 Musa favoris erat proprii, diu carminis artem
 Quisque sui coluit.
 Non Epos est *Flacco*, lyra nec tentata *Maroni*;
 Iste vel ille modos
 Nec cecinit tragicos: Tibi plestra negata *Properti*,
 Naso negata tibi.
 Romani solum *Senecam* novere *Cothurni*;
 Scribere si iste velit
 Forte Elegos, aut Heroo consurgere versu,
 Nullus erit *Seneca*.
 Sunt quos & sylvæ, sunt quos Epigrammata laudant,
 Iusta, sed una tamen
 Famæ causa fuit. Congessit munera Apollo
 Divitiasque suas.
 Vnum in *Simonidam*, totosque effudit in illum
 Turba Novena sinus.
 Hic tandem inventus par donis omnibus unus
 In bona sufficeret
 Qui tot, solus erat. Lyricos, Epigrammata, sylvas
 Atque Epos, atque Elegos
 Et Tragicum pangit carmen Tua, Magna Vetustas
 Nomina, magniloquo
 Ore tumens memora; caput hoc Tua sæcula contra
 Ponimus; haud equidem
 Quemquam, præstiterit melius qui hæc singula, vel qui
 Tam bene cuncta, dabis,

O D E V I.

DE ODIS PINDARICIS

SIMONIS SIMONIDAE.

Jnsolitos placido modulos ut Vistula in alveo
 Audivit hos *Simonidis*
 Attonitus metri novitate, silentia rumpens
 Sic fatus est *Simonidi*.
 Littora non paucos genuerunt nostra Poetas
 Dii sed Odas Pindari
 Ore profundo ausus fuerit qui imitarius inven-
 tus nemo Vatum est hactenus.
Simonide primum divine mereris honorem,
 Primam obtines & gloriam.
 Dixit & insignem lauri de fronde coronam,
 Victoriæ antiquum decus
 Decernit, cytharamque auro gemmisque micantem
 Vati novo *Simonidi*
 Præmia; mox plausu Phæbus, Phæbique sorores
 Sententiam Vistulæ approbant.
 Felix *Simonide* data cui amplissima fama
 Ipsi negata Horatio.

O D E V I I.

AD JUVENTUTEM POLONAM.

HUc oculos Juvenes, atque huc advertite mentes;
 Odasque vos *Simonidis*,
 Scandere quas vestrum neque novit Turba Magistrum
 Insulsa Turba Asepii

Nocturnâ versate manu, versate diurnâ,
 Ævi istius Poetulis
 Reiectis: Odas has condite sensibus imis,
 Fructus daturas uberes;
 Vestri & *Simonidis* vestigia docta secuti
 Vigilate Græcis Vatibus
 Hi vobis Helicon, hi sint Agannipidos undæ:
 Æternus hinc *Simonides*

ODE VIII.

DE ELEGIS EIUSDEM.

JN novâ migrarent animæ si corpora, docti
 Purum Catulli spiritum
Simonide subiisse tuam mentem ipse putarem,
 Elegos poliret qui tuos.

ODE IX.

DUm variis liquidas modulis *Simonides* auras
 Mulcebat ad Vistlæ Patris vaga flumina,
 Daphnide cingebat Dea Calliopæa canentem,
 Circumque avis Vatem strepebat plurima;
 At circum Satyri & Nymphæ choreas ducebant,
 Muscosum & imo Vistula alveo caput
 Extollens, novus hic est Pindarns, inquit, Arion
 Aut est novus: veteres filete fabulæ.

ODE X.

O D E X.

AD POLONAM IUVENTUTEM.

SIMONIANI liber ut Poematis
 Quaqua vagatur spiritus!
 Seu facta Vates versibus pangat novis
 Zamosciorum illustria;
 Seu litteratos laude non fraudet suâ
 Doctorum amator omnium;
 Seu dulce seu iucundulum carmen lyrâ
Catulliente personet,
 Suum decorum servat, auget, excolit
 Felicitate maximâ.
 Ergo Juventus docta consultum tuo
 Studio putabis optime,
Simoniani si genus Poematis
 Cura sequaris sedula.
 Laudem meretur, qui sibi legit bonum,
 Vt æmuletur quempiam.
 Fraudandus ipse hac non ero: *Simonidem*
 Mihi æmulandum, quod legam.

O D E X I.

PRæter rotundi vim profundam Pindari
 Antiqua olores octo habebat Græcia.
 Quorum sepultis inclytis laboribus
Simonide uno, quem lubens legit, colit
 Cohors latina fido & acri examine
 Vetusiorum damna abunde pensitat.

ODE XII.

ODE XII.

Admiror & Graios & Ausonas Vates
 Qui florere sæculis
 Olim vetustis, & Poesin excelsum
 Honoris ad fastigium
 Digne extulere; Te sed o Poetarum
 Lux magna, mi *Simonide*
 Plus non ego admiror modo ipse, verum omnes
 Qui recta mecum sentiunt
 Te plane adorant; nam profecto in uno Te
 Divine, in uno Te omnium
 Quot sunt, fuerunt, aut erunt Poetarum
 Potenter insunt spiritus.
 Quæ cæteroquin tanta ab his tuis metris
 Spiraverit divinitas?

ODE XIII.

ANACREONTICA.

Dum dulciore Thyrso
 Parnassii caloris
 Percussus, expetivi
 Imaginem vetustam
 Poetici Leporis
 Poetici decoris
 Considerare, nostra
 Mens perlibente motu
 Convertitur sonora
 Ad carmina, approbante
 Quæ Musico senatu
Simon Leopolda

Simôn Zamosciorum
 Laudator ille scripsit,
 Vates ubique Princeps;
 Sive æmu-us Maronis
 Epos velit sonare,
 Sive æmulus Properti
 Elegiam sonare,
 Sive æmu'us Catulli
 Jambos ve it sonare, et
 Minutulos Phaleucos.
 Sive æmulus Poetæ,
 Qui Pindarus Latinus

Vocari

Vocari & esse gaudet,
 Odas velit sonare
 Seu Læchias Avenas.
 J nunc tuumque iacta
 Vatemve doctiorem,
 Vatemve ameniorem,
 Vatemve grandiore,
 Superbior vetustas:
Simon Leopolita
 Contra tuos hic unus
 Exponitur, simulque
 Quos nesciere versus
 Tanti Poetæ, abunde
 Valet sonare versus.
 Quid hoc sed est; quousque
 Tam magnus ille Præco
 Celsissimi Zamosci,
Simon Leopolita
 Specu velut reclusus
 Cyclopicâ latebit?
 Nec per manus virorum
 Faventium Virorum
 Prudentium Virorum]
 Illis & his in oris
 Victor volabit unquam?
 Eheu, ille qua profundâ
 Caligine obvolutus!

Eheu ille qua tenace
 Catenâ & impeditus!
 Olli ego sed profundam
 Caliginem amovebo
 Typis Kolofianis,
 Olli ego nunc tenacem
 Dissolutiam catenam
 Vt *Simon* usque & usque
 Volet Virum per ora.
 Et usque pro benigna
 Hac liberatione
 Me prædicare discat.
 Dicatque, laureavit
 Me Pontifex supremus
 Octavus ille Clemens.
 Caligine obvolutum
 Catenâ & impeditum
 Sed modo liberavit
 Me Nuntius *Durinus*
 Rem Nuntius Latinam
 Apud meos Polonos
 Qui sedulus procarat,
 Ecclesiam Regente
Clemente, quo superbit
 Superbit ut olim
Sixto imperante Roma.

ODE XIV.

ODEXIV.

AD ANDREAM JANOCIUM CAN: KIOVIEN.

ZALUSCIANÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUM.

<p>Narro Tibi doctissime (hi Andrea, prorsus mens mi- Sedet; <i>Simonis</i> carmina Pulcherrimis sententiis Referta, & undique Atticam Et Romulam spirantia Facundiam olim luminis Dias in oras edere.</p>	<p>Quare rogatum te volo Vt gratiam elargier Mihi hanc velis, & mittere Quocdumque restat carmi- <i>Simonianorum</i> Tibi (num Nullus graveris; Annuin? Certe annuisse te scio. Nec plura frustra congeram.</p>
--	--

HENDECASYLLABI

I.

Quantum *Lachia* protulit Poetam!
 Quamvis sit sub iniquiore cælo.
 Vix Graii & Latii tulere tantum,
 Quamvis sint sub amœniore cælo.
 Quantum *Lachia* protulit Poetam!

II.

O *Simon* stomachi mei Poeta
 Tam nos Hexametris tuis, tuisque
 Politis Elegis, tuisque Epodis
 Phaleucisque tuis, tuisque Jambis
 Juvas, ut merito libensque semper
 Tuos Hexametros Maronianis
 Et tuos Elegos Propertianis
 Epodosque tuas Horatianis
 Phaleucosque tuos Catullianis
 Et componere, & anteferre possim.

DE CASIMIRO

DE CASIMIRO SARBIEVIO

ET SIMONE SIMONIDA.

Q Uui te comparat optimis Poetis
Sarbievi facit is quod æquitati
 Pulchre convenit, atque veritati.
 Si te preferat omnibus Poetis,
 Non valde errat in hoc, opinor ausu,
 Excepto tamen unico *Simone*.

IV.

Vt vastus rapidis fluens adauctus
 Vistla cornibus insolenter audax
 Flaventes movet hinc & inde arenas,
 Bilanique superbus ambit oras
 Victo littore & alveis relictis:
 Sic amne irriguo elocutionis
Simon vis genii tui perennis
 Arcto nulla potis teneri in alveo,
 Neglectoque sinu arduum vagatur
 Per Pindi ac Sapientiæ cacumen.

V.

Multi, multa Poemata exararunt
 Inter Sarmatiæ inclytos Poetas:
 Verum Pindarico sonare plectro,
 Atque includere sensa puro Iambo,
 Soli *Simonidi* dedere Musæ.
 Ergo propria laus sit hæc *Simoni*,
 Quod solus potis ille sat *Simonem*
 Laudavisse Poeta, ceu *Simoni*
 Est cui Pindarico sonare plectro
 Paris scribere cui datum est Iambis.

C

VI.

VI.

DE SIMONE SIMONID.

ET COCHANOVIO,

DUos Læchia protulit Poetas
 Quales Itala terra sub Leône,
 Ex æquoque beata vena utrique est
 Odas *Simonides* lyrâ capaci
 Pindari sonat instar, & Zamoscios
 Effert laudibus inclytos, & omnes
 Doctos, quique bonas amant Camœnas,
 Atque hoc ingeniosè & eleganter
 Facundeque adeo facit Poeta, ut
 Huic dicas Veneres Cupidinesque
 Omnes, & Charites, Apollinemque,
 Canoras & Apollinis forores
 Distare, utque suo favere Alumno.
 Est alter *Cochanovius*, politus,
 Emunctus, lepidus, facetus, acer
 Scribendis qui Elegis Tibullianis
 Primam dicitur obtinere palmam.
 Ætas aurea, quæ hos tulit Poetas?
 Felix Læchia talibus Poetis!
 Dives Læchia si hos leges Poetas,
 Reiectis Baviisque, Asebiisque
 Bardis, inspidis & inficetis,

VII.

AD POLONOS.

NE quid vos Latio invidete Læchi
 Habes Læchia tu novum Catullum
 In *Simone* tuo Leopolita,
 Phaleucis, Elegis Catullientem.
 Ne quid Læchia tu invideto Græcis,
 Et tu Pindarum habes novum, profundo
 Ruentem ore, velut ruit Fluentum.
 Ergo & tu numeris *Simonianis*
 Æternum volita Virum per ora;
 Volat ceu Ausonis ora, ceu Pelasgum.

VIII.

Jam sibi decus arrogarat ingens
 Tellus Itala litteris, Polonus
 Tum fortis fuit, Italus disertus,
 Ille miles erat, sed iste Vates,
 Ille Martis honos, sed iste Phœbi.
 Cum tandem caput efferens tenebris,
 Pudendis hebetudinis tenebris
 Polonum inclyta Terra sub Zamoscio
 Duce atque auspice, muscos alumnos
 Multos edidit optimos Poetas,
 Quales Itala Terra sub Leone,
 Musarum Patre, & artium Leone.
 In his *Simonides* locum tuetur
 Primum, *Simonides* Leopolita,
 Siren Læchia sæculi eruditi,
 Non solum Patrias colens Camœnas,
 Sed Phœbi celebrer cliens Pelasgi
 Musis Pindarus alter & Latinis,

Alter Virgilius, Catullus alter,
 Atque alter Seneca, alter & Terentius,
 Per quem est Læchia clara nunc Camænis,
 Solo quæ fuerat prius Duello.

I X.

DE ELEGIS SIMONIS SIMONIDÆ.

Prodite o Elegi *Simoniani*,
 Vos imponite denique & pudorem,
 Pudorem petulantibus Magistris,
 Qui solis sibi Romuli Remique
 Insulse attribuunt salem & leporem,
 Sint Vappæ licet, atque Apollinæ
 Lixæ, classica castra inambulantes:
 Cornuto petaso, toga fluente:
 Vos contra o Elegi *Simoniani*,
 Vos contra Ausoniæ perelegantes
 Bello carmine vincitis Poetas.
 O iucundula raritate dona!
 O suaves Elegi *Simoniani*,
 In quibus spirat imago, imago blanda
 Catulli, Ovidii, Propertiique!
 Vos ne obliviam sempiterna condant?
 Claudat Bibliotheca vos *Zalusci*?
 Pro Fide & Patria exulis *Zalusci*.
 Pater *Simonides* id haud meretur
 Vester, magnanimus nec id *Zamoscius*,
 Artium Pater, atque Litterarum,
 Vestrarum decus & Poloniarum.
 Prodite ergo Elegi *Simoniani*;
 Per me denuo vos inite lucem,
 Per me rumpite dura tot figilla,

Per me

Per me sumite denuoque vitam;
 Censorum trepidate nec lituras,
 Timendas Elegis *Asebianis*,
 Qui iuncti Baviique, Mæviique,
 Vnctas ingrediuntur officinas,
 Galerum piperi togamque præstant.
 Victores tineæque, Zoilique
 Sed vos scrinia gentis eruditæ
 Et Senatorias Domos subite;
 Vos noctu Juvenes legant diuque,
 Vos solos imitentur usque & usque,
 Prodite ergo Elegi *Simoniani*.

X.

Plenum sanguine conspikor virili
 Vatem fervere, masculoque succo }
 Plenas magnanimâ fluente venâ
 Odas deveneror; sibi propinat
 Fons hic flumine purus eloquenti
 Haustus tam similes, suumque nectâr
 Suave mentibus indit, & sonorum
 Late promovet alveum Meandris
 Doctis, mox redit, atque perspicaces
 Sagaci æquore dividit procellas.
 Quantus proh? resonat, tubas fragore
 Turgentis, lituosque Martiales
 Dum cantat, glomeratque bellicosos
 Cum *Læchum* cuneos, globos *Litavum*.
 Quantus fulminat, impete ut citato
 Ad arma ire iubet, boatque ad arma?
 Sui temporis ulcera atque narrat,
 Quam gravis fluit, ingemit; labantem
 Quando Sarmatiam indolet, Fidemque,
 Et leges male proditas Polonum, &

Mores

Mores infremit improbos Polonũm;
 Multo sanguine concinit calentem
 Cum sinum Patriæ, atque decolores
 Rivos tabe cadaverum, rubrasque
 Valles sanguine; verticofus ire
 Tunc gaudet, querulusque; tincta ferro
 Civis iurgia cum renarrat; istam
 Virtutem esse Equitum negans Polonũm
 Regni in viscera, civiumque crudos
 Enses stringere mutuis lacertis,
 Christo fundere sanguinem & dicatum,
 Ast in Moschigenum ire fœderatis
 Cohortes animis, Scythasque fures
 Brevi cogere cursitare campo,
 Datum dedecori sat esse turpi
 Monet, sanguine Patriam natantem,
 Suo denique proximam sepulchro,
 Civiles nisi prompta tollat iras.
 Splendent singula dicta quam *Simonis!*
 Quam nihil mutilum, nihil coactum!
 Lyrâ plena animâ sed est rotundâ,
 Thebanø lyra plena sed Poetâ est.

XI.

IN NOVAM ISTAM SIMONIS SIMONIDIS
 EDITIONEM.
 AD POLONAM IUVENTUTEM.

FAvete o Iuvenes, boni Poloni,
 Et quantum est hominum elegantiorum;
Simon Simonides Leopolita,
Simon Simonides Polona Siren,
Simon Simonides Latina Siren

Vestra-

Vestrarum decus & Poloniarum,
 Vestrorum decus & Zamosciorum,
 Suis vix bene cognitus Polonis,
 (O sæclum insipiens & inficetum)
 In manus avet en venire vestras,
 Doctorumque feri Virum per ora
 Cultu scilicet ac nitore tanto,
 Quanto ipsi licuit venire nunquam;
 Nam licet celeberrimus Poeta,
 Et quantum pote plurimum disertus
 Effet, ac Veneres haberet omnes,
 Omnes delicias, sales, lepores,
 Phœbi pectora concitatus æstro.
 Illum sic tamen inficetior Gens
 Bardorum *Asebiûm* sui *Æstimatrix*,
 Contemprix aliorum iners laborum
 Maligno tumulaverat silentio;
 Vt si Vindice me, meoque sumptu
 Non *Simon* sibi restitutus esset
 Typi subsidio *Kolofiani*,
 Oppressus forulis *Zaluscianis*,
 Sepultus tenebris, situque turpi,
 Turpi pulvere perperam iaceret
 Aut rodentibus esca amica blattis,
 Viscosæ misera aut rapina dextræ,
 Quæ tot divitias *Zalusianas*,
 Infelicibus his voravit annis.
 Proinde o Juvenes, boni Poloni
 Et quantum est hominum elegantiorum,
 Adeste, obsecro, quotquot estis omnes,
 Adeste, atque animis favete, & ore,
 Incensi & numeris *Simonianis*
 Vestrum *Simonidem* Leopolitam

Vestra-

Vestrarum decus & Poloniarum,
 Vestrorum decus & Zamosciorum
 In cælum lepido vocate versu:
 At vos interea quibus Poeta hic
 Præ livore oculos facit dolere,
 Ad gustum aut minus est & ad salivam,
 Queis olet stabulum * * * * *
 Carmenque *Asepii*, cacata charta,
 Sæcli incommoda vos valete, abite,
 Musis & Charisin creati iniquis;
 Tu sed *Simonides* Leopolda
 In manus veni & usque & usque nostras.

EPIGRAMMATA.

I.

Attigerat Veterum tua, Pindare, carmina nemo
 Dicte Venusinâ non imitande lyrâ
 Cum tandem Latiis facta est fiducia Musis
 Tanta, ausus fuerit pangere ut illa *Simon*;
 Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
 Nec metuenda pericla æquoris Icarii;
 Ceratis neque enim fudit temerarius alis,
 Sed firmis, fîsus queis olor est Calabrûm.
 Carmine Victores super æthera Pindarus effert;
 Hic quoque Victorem tollit ad astra suum.
 Cantat aetlophoros Vates Thebanus honores,
Zamoscius suus huic fama perennis erit.
 Nam quantum Pherenicus equos devicerat omnes,
 Tanta fuit *Lachûm* gloria *Zamoscius*.

II.

Si Dux Æmathius proles generosa Philippi
 Vatis Epos volvat nobile *Simonidis*

Cantant

Cantantem invidet tibi Vatem Jane Zamosci,
Atque alia Æmathium mordeat invidia.
Vate tuo felix Heros dicere Zamosci
Mœonide felix quam fuit Æacides.
Quin etiam exclamet si fors ducenda duorum;
Non ero Dux *Graium*, Dux ero *Sauromatum*.

III.

Carmina *Simonidis*, simul atque Leopolis alma
Audiit, Argolicis proxima carminibus,
Vrbs omnes turrita super caput extulit urbes,
Extulit in laudes ambitiosa suas.
Mox inquit, iactet divinum Thæba Poetam;
Tu mihi *Simonides* Pindarus esto meus.

IV.

Vnde hoc defluxit divini carmen oloris?
Defluxit forsan barbitus ista Polo?
Agnosco: in Latium Dirce deducitur *Istlam*,
Ituleos felix Græcia migrat agros.
Simonides Patriam in Graios avexit honores,
Plectraque Pindaricæ suscipienda Lyræ.
Hoc fuit, hoc vere geminas ostendere Thebas,
Et geminam Dircem, dum geminatur olor.
Quin tibi, *Simonides* Ales par, Pindare, quando est,
Quam fuerat Dirce, Vistula celebris erit.

V.

Face tua dicam, Romani gloria plectri
Flacce, minus vero carmine vana canis.
Pindaricos potuit cantando æquare volatus
Ales, ubi riguas Vistula torquet aquas.
Non tamen Icariis temerarius excidit ausis,
Sed metam optatam Dædalus alter habet.
Jam Thebana minus poteris turgescere Dirce,
Alter inaccessi carminis ales adest.

D

Sed



Sed contra Dirce exclamat: se Vistula iactet
Dum tamen ex me habeat Vistula *Simonidem*.

VI.

Ætheris unde tibi tantum, currusque volantes?
Vnde trahis mirum, magnificumque melos?
Zamoscii ad superos nam dum vehis inclyta facta,
Teque, lyramque, *Simon*, rursus in alstra refers.

VII.

Pindarus Elysia carmen si valle *Simonis*
Perlegat, ipse loqui gaudeat Ausoniè,
Et clamet: numquid me ludit amabilis error?
Aut mihi terra parem Lechia progenit?

VIII.

Simonide Lyrico ne tu sis carmine primus
Thebanus grandi Pindarus ore facit,
Vnicus ac ne esset Lyricum qui verberet aurum
Pollice facundo Pindarus; ipse facis.

A D P O L O N O S

UT AD SEPULCHRUM ZAMOSCIORUM

SIMONIS SIMONIDIS

Statuam collocent,

IX.

Zamoscii ad tumulum decernite in Ære Poloni
Vatis Apollinei *Simonidis* statuam.
Heroas cecinit, magnorum & facta Polonum
Crevit & eximio a Vate Polonus honos.
Zamoscium illustres animæ, queis gloria curæ
Vel fictum ad proprios hunc repetunt cineres

Hoc

Hoc præſente putant revireſcere nomina: quodque
Mors delet, Muſis hunc reparare ſuis.

X.

AD LECTOREM.

Sic de *Simonide* paucis mi Lector habeto;
Illæ ſuz ætatis Pindarus alter erat.

XI.

Ad Eundem.

Quisquis amat veterem referentia carmina Romam
Atque Catullæi delicias moduli
Hæc ſunt *Simonidis*, Lector, miracula magni,
Mel priſcum Auſonidum docta papyrus habet.
Majeſtas Romana ſuis incognita terris
Flevit, & hos rupit corde ſonos querulo.
Negligor! hei miſeræ! mea gloria priſca vacillat,
Vixque cothurnatos conſpikor ægra pedes.
Læchia reſpondet: iam deſine lamentorum;
Clara Leopolis his ſubvenit ecce malis.
Credidit, & lacrymas facie deterſit, & inquit
Sospes ero tandem vindice *Simonide*.

XIII.

Non magis illuſtris potuit ſub Principe Vates,
Nec magis illuſtri Principe digna loqui.

XIV.

Simon, Zamofci, fortunatiſſime uterque,
• Tu quia laudabas, Tu quia dignus eras;
Tam bene qui poſſet laudari non fuit ullus,
Tam bene qui poſſet ſcribere nullus erat.

XV.

Ingentem cælo Stephanum qui laudibus æquas,
Oſtroviumque Ducem, Zamoſciumque Genus,
Materiam haud poteras imago dignam ſumere, ſed quæ
Non alio poterat dignius ore cani.

D 2

XVI.

XVI.

Ipsè Simonides loquitur ad Lectorem,
 Virgilio, Flacco, Seneca, Nasone, Catullo,
 His ne ego sim tantis Vatribus inferior?²
 In genere unicuique suo non cedo; sed in me
 Collige cuncta simul; plus ego promerui.

XVII.

Hic Vir hic est soli ingenio cui, Phœbe, dedisti
 Certare Antiquis, exsuperare Novos.

XVIII.

In Simonidis Effigiem.
 Aspice *Simonidem*. tulit alma Leopoliſ illum
 Vt discat fastus ponere Thœba suos.

XIX.

De Simonide & Cochanovio Judicium.
 Tolluntur gemini Vates super astra Poloni
 Versibus impariles, ingenioque pares.
Simonides, Thœbæ ut Vates, ruit ore profundo,
 Blanda Tibullæo est vena Cochanovio
 Ast Elegos confer Lyricis, mediocria summis
 Illum homines dices, hunc docuisse Deos.

XX.

De iisdem Judicium
 AD EPIPHANIAM MINASOVICIUM.
 Sentiam, *Epiphani*, quid de *Simonide* quæris,
 Deque *Cochanovio* Vatribus egregiis,
 Carmina protulerunt vobis qui e divite vena
 Carmina nec priscis inficianda choris.
 Quis ambos Vates primas nempe obtinet inter,
 Ambigo, ais, sensum posco DURINE, tuum.
Simonidem Cochanovio præponere promptum est:
 Ille Tibullus erat, Pindarus ille fuit.

XXI.

XXI.

Nox ubi Persephones laxato carcere nubit
 Nigranti cælum cyclade, sursum homines
 Attollunt oculos, nuncque hæc, nuncque illa tuentur
 Lumina, dispiciuntque innumero e numero
 Multa quibus iubar adscribant, crinemque micantem;
 Sol at ubi quassans lampada flammivomam
 Emicat, indicitque fugam atræ Noctis Equabus,
 Illicet exiguæ dispereunt faculæ,
 Dicere ubi steterint neque possis; sic quoque Vatum
 Si monumenta modo hæc volvere sit volupe,
 Illa modo, melioris erit spectare monetæ
 Fors quædam, atque alti spiritus, & Genii:
 Sed *Simonovia*, quum se se carmina Musæ
 Ostentant, omnium vox sonat una Virum
 Cedite Romulei cantores, cedite Graii,
 Quid mihi *Simonides* nescio maius hiat.
 Qui ergo volet, montes Eratus laticesque fatiget
 Aoniis Ales cætibus ut clueat;
Simonidis mihi carmina erunt Helicon, Aganippe,
 Audiam ut Aoniis ipse Poeta choris.

XXII.

Felix *Simonide*, quem prodiga Pallas amavit;
 Singula quæ multi, tu mihi solus habes.
 Omnia te quippe in Vatum miracula vertis
 Ingenii fretus dexteritate tui.
 Carpthium posthac ne iactent æquora Vatem,
 En habet & Protheum Vistulea unda suum.

XXIII.

Antiquos omnes in te migrasse Poetas
 Omnia concedent secula Pythagoræ.

XXIV.

XXIV.

AD LECTOREM.

Multum carminibus te profecisse putato,
Carmina *Simonidis* si tibi perplaceant.

XXV.

Castalides nunquam poterant resonare Camœnæ,
Vel meliore lyrâ, vel meliore tubâ.

XXVI.

Simonis Simonidis Tumulus.

Simonidis quod mortale, istâ conditur urnâ,
Extruxere suis quam Aonides manibus:
Illius at Superûm fruitur nitidissima cœtu
Magna anima, & magno Zamoscio comes est;

XXVII.

De Casmiro Sarbivio & Simone Simonida.

Si fas cuique sui sensus expromere cordis,
Sarbivi hoc liceat dicere pace tua:
Est tua Musa quidem sublimis. Musâ videtur
Simonidis sed sublimior esse mihi.

XXVIII.

Simonide, ne quis tibi certet, neve labore
Incaustum Lyricos æquiparare tuos.
Te solo meruit tantum Gens Læchica laudis,
Quantum cum Latio Græcia tota suo.

XXIX.

Simonides, cum die ruas sic ore profundo,
Pindarus ipse tibi debuit esse Parens

XXX.

DE SIMONIS SIMONIDÆ ORIGINE,

Quem Poloni Polonum, Armeni Armenium asserunt.

Simonide, Gens Læcha suum te iactat alumnum,
Sed Gens esse suum Te asserit Armenia:

Errant

Errant ambo: tuam Patriam, tua carmina cœlum
Esse docent: Mater Calliopæa fuit.

XXXI.

De Simonida, Cochano, & Sarbievio.

Vatibus hisce tribus multum Gens Sarmata debet;

Per quos Sauromatum nomen honosque manet.

Salvete o digni statuam queis Sarmatis ora

Dedicet, ac tales sculpat in ære notas.

Non minus Hi, quam queis libertas aurea cordi est

Queis curæ est Patriæ Gloria, laudis habent.

XXXII.

IN CASTUM JOSEPH.

SIMONIS SIMONIDÆ.

Simonide, quisquis castum spectabit JOSEPH,

Quem tu donasti Syrmate Romuleo;

Miratus rarum Eloquium, miratus honorem:

Non fuit, exclamet, pulchrior aut probior.

XXXIII.

Pindarus Elisa Vates si fede rediret

Perlegat & magni Grande *Simonis* Epos,

Attonitus, puto clamaret, qui talia scripsit

Par fuit ingenio, par fuit arte mihi.

XXXIV.

Cedite *Simonidi*, reliqui concedite Vates,

Hic omnes unus Judice me superat,

Pace loquar vestra: vos estis Semipoetæ,

Solus is hoc merito nobile nomen habet.

XXXV.

Battorei laudes, Zamoscii & inclyta facta

Pindarico ut celebras Pectine *Simonida*

Te simul attollens illis Heroibus æquas,

Et niveis tecum Musa triumphat equis.

Donec Battorei laudes, Zamoscii & Acta

Vivent, vivet honos nominis usque Tui.

XXXVI.

XXXVI.

Pindarus ad vitæ si forte reverteret oras,
 Cuius mirata est Græcia tota lyram,
Simonidem magnumque loqui & ruere ore profundo
 Aspiceret, tales ederet ore sonos.
 Multa mihi debet Venusini Musa Poetæ,
 Verum ego *Simonidi* debeo plura meo:
 Namque meos adeo numerosque secutus & artem est
 Audiat ut toto Pindarus in Latio.

XXXVII.

Quisquis veram oculis volet exhibuisse Poesim
 Depictam veluti Zeuxidis archetypo,
 Non aliunde modum petat: omnibus omne Poetis
Simonidis specimen carmina dia dabunt.

XXXVIII.

Siqua lyra astrifero Cycnum prope in æthere lucet,
 Hæc lyra *Simonidis*, non lyra Threicii est,

XXXIX.

Ingrata in superos ne sis o Læchia felix.
 Læchia *Simonide* facta beata tuo:
 Jam nihil est Italus quod Læcho insultet, habes nam
Simonidem, maius quo nihil esse potest.

XL.

Ingenia ingeniis ne cedant Læchica nostris
Simonidis virtus Vnius una satis.


XLI.

Læchia de Simone Simonida.

Quamquam alias felix, felix tamen hoc quoque dicor,
 Magnum quod peperit Læchia *Simonidem*.

XLII.

Itala quod debet tam multis terra Poetis,
 Hoc debes uni Læchia *Simonidi*.



ALL' ECCMO

ALL' ECCMO. E RMO.

MONSIGNOR

ANGELO MARIA DURINI

NUNZIO APOSTOLICO

O D E

DI LUIGI SUBLEYRAS

Accademico Arcade & Infecondo.

VUo' che soggetto ai numeri
Sia la Titania Cèo.

N' abbian pur l' altre invidia
Isole dell' Egèo

Tra noi Poeti men degne d'onor.

Che a dir di lei non memoro

Lieti paschi, ed armenti,

Nè di cangiate Vergini

Narro gli orgogli spenti,

E non l' ire d'un Dio vendicator;

Ma fovra l' altre Cicladi

Suo maggior pregio io dico.

Patria ell' è di Simonide.

Al chiaro nome amico

Tornate o Dive Muse a lacrimar.

Ch' ei full' argiva cetera

Primo i dogliosi canti.

Temprò di gloria fulgido,

E parve in mezzo ai pianti

Qual tra ruggiade un Sole sfavillar.

E

Fu allor

Fu allor che l' Aure udironlo
 Ferme su' i vanni e mute;
 E che i Cipressi funebri,
 Foglie incurvando acute,
 Anelaron di fargli onore al crin.
 Ma che non può mai l' impeto
 D' arbitro tempo e rio?
 Che d' annegrir non tentano
 Ignoranza ed obbligo
 Maligni al nome di Vate Divin?

Quanti del buon Simonide
 Aurei scritti soavi,
 Quanti nascosti giacciono
 Tra dense notti e gravi,
 E dovèan recar luce ad ogni età!
 E tu dovevi o Grecia
 Toglierli a torbid' ore,
 Tu serbarne memoria.
 Nò, tuo materno errore
 Ingrata Cèo discolpa non avrà;

Ma in dolci modi e queruli
 Per l' Elisia Vallèa
 Colà tra i nove Lirici
 L' ombra Simonidèa
 S' udrà tuttora lagnarsi di te.
 Ed ah! d' oscuri Secoli
 Vergognoso letargo!
 Forse di que' rimproveri
 Che a gran diritto io spargo,
 Forse ancor nostra Età degna non è?

Altro

Altro vegg' io Simonide
D' altra Terra natio,
Che mentre a lei fa gloria,
Essa il pone in obbliò
Dalla Titania Cèò non difegual:

E d' atra polve immèrita
Tutto lo lascia ingombro,
E ne fa frode a' Posterì.
Sai che il ver non adombro
O *DURINI* magnanimo immortal:

Tu che dall' alma Espèria,
Solo a grand' opre nata,
Venisti a far rivivere
Quest' Anima onorata,
Che a Te supplice il giorno domandò.

Tal che a tuo dono ascrivefi
S' or teco il volo spande
Oltre i confin d' Invidia,
Qual s' erge Aquila grande
Ove scoccato stral giugner non può.

Deh chiaro Spirto Italice
Segui sì dotte imprefe,
Segui così a congiungere
Belle virtuti accese
Al nobil fangue, all' ardue Dignità.

Che se di vani Titoli
Unicamente o d' Oro
Altri van gonfi, e sprezzano
Il sacro Aonio Coro,
Degni son di sorriso e di pietà.

SONETTO

DEL MEDESIMO.

SE mai sugli Astri a candid' Alma e pura
 Perviene il suono di terrene lodi,
 Tu Simonide al certo esulti e godi
 Ch' or sia tua fama dall' obbliò sicura:
 E Lui ringrazj, che al poter ti fura
 Di tempi edaci, e di maligne frodi,
 Maravigliando che i tuoi dolci modi
 Sì poco avesse la tua Patria in cura,
 Così pur chiuso e lunga età negletto
 Catullo giacque. Or de' suoi fiori adorno
 Vivrai feco più ch'altri o Cigno eletto.
DURINI sol che ti ritrasse al giorno
 Esser ben ti potrà d' invidia oggetto;
 Ma non ha fosca Invidia in Ciel soggiorno,

SONETTO

DEL MEDESIMO.

TAntalo fu che il proprio Figlio uccise,
 E su' mensa feral sue membra spente
 Di natura in orror poscia divise
 Al gran Coro celeste ivi presente.
 Ma che? Quelle così membra recise
 Tutte accorse a riunir Giove possente,
 E agli omeri consunti altri ne affise;
 Tal che l' estinto ritornò vivente.
 Così del buon Cantor Leopolitano
 Sparse giacquer le membra, e a tutte prove
 Il suo patrio Terren gli fu inumano.
 Ma tu accorri o *DURINI*, e il chiami a nove
 Aure di vita, e brano unisci a brano.
 Nè dovrem noi paragonarti a Giove?

DELL'

DELL' ABBATE
ALESSANDRO

De Sandis

SEGRETARIO DI S. E. MGR.

NUNZIO.

ANdava l' Ombra di Simon Poeta
Quando dal vel corporeo fu disciolta,
Dei campi Elisj all' onorata meta,
Dov' è Museo là nella felva folta:
Ella d' immensa gloria e franca e lieta
Al varco procedea di Stige volta
Fra mille anime, e mille d' onor prive,
Che aspettano cent' anni in sulle rive.

Caronte nel vederlo, Or chi tu sei,
Con gli occhj gli dicea di bracia accesi,
Non fai che questo è il regno degli Dei,
Nè tu comandi nei nostri paesi?
Ma come poscia i nobili trofei
Dell' Apollinea fronte egli ebbe attesi,
Approdògli la barca in diligenza,
E fè profonda, & umil riverenza.

Varcato Stige, non entrò Simone
Laggiù nel bujo della notte eterna
Per la città ferrata, onde Plutone
Fa rimbombar tutta la valle inferna;
Ivi anno quei l' orrifona magione,
Che di strepiti empieán l' aura superna,
Imperatori, e Regi, e comandanti,
Cortigiani, Avvocati, e litiganti:

Ma per

Ma per sentiero sol da quei veduto,
 Che gli occhj si lavar nel dotto fontē,
 Dietro le mura del castel temuto
 Vscì in campagna d'aperto orizzonte:
 Per quella già con dolce canto arguto
 Movendo l'aure, finche venne a un ponte,
 Là sotto è Lete, indi una selva bella
 D'allegro lauro, e tenera mortella.

E già poneva piede all' altra riva,
 Quand' ecco dalle rocce del torrente
 In udir la sua voce immenso usciva
 Stuolo di corvi pazzo, ed insolente:
 Invidia tanta fra di lor bolliva,
 Ch'egli cantasse sì soavemente;
 Gli si gettarno furibondi addosso,
 Cadde, e sommerso andò nel tristo fosso.

Erano questi li poeti mali,
 Che in corvi da Museo fur trasformati
 Egli là dentro in mezzo agl' immortali
 Boschetti siede fra i spirti beati;
 E regna, e scettro di virtù fatali
 Tiene, per scui son quelli giudicati;
 Ognun che canta a lui dee presentarsi,
 Egli lo tocca, e o cigno, o corvo farsi.

Mutanfi spesso ancora in altri angelli,
 Rondini, carderini, e roffignoli,
 Od all' incontro in guffi, e pipistrelli,
 Allochi, barbagianni, ed affivoli:
 Per l'ampia selva in libertà van quelli
 Dilettandosi ognor coi snelli voli,
 Anno altri campi ancora, ed altri rivi,
 E lor musica fan lieti, e giulivi.

Ma i corvi,

Ma i corvi, ed uccellacci ad abitare
Dannati son per la Letea vallata.
Or tanti avean saputo diventare,
Che a chiunque venìa tenean parata;
Se mal cantava, lo facean passare
Applaudendo con grande scornacchiata,
Ma se cantava ben, spingeanlo in fiume,
Perche Museo non gli donasse piume.

Ivi da ferreo sonno era compreso
Nel gelido lentor dell' acqua mesta.
Già da cencinquant' anni ivi disteso
Simon giacea nell' arena funesta;
Quando alla fin da stupor grande preso
Museo cercava la cagione infesta,
Perche in tanti anni omai non arrivasse
Poeta alcun che cigno diventasse.

Ed Orazio chiamò di forti penne
Angel robusto, e disse, Or tra i viventi
Sù vola, e vedi là che cosa avvenne,
Ond' è che a noi non vengono più genti.
Veloce all' aure nostre egli sen venne,
E presto furno i desir tuoi contenti;
Tornò agli Elisj il Cigno Venusino
Portando un libro dell' Eroe *DURINO*.

Con meraviglia lesselo Museo,
E disse, Or come i corvi osar cotanto!
Poi d'alto sdegno pel gran fatto reo
S' accese, e alzò la verga a far l'incanto:
Ecco prodigio! il libro uccel si feo,
Et ebbe di falcon pennuto manto,
Con crudo rostro, e con spietato artiglio,
Misero quello a cui darà di piglio!

E rapido

E rapido volò là nei valloni,

E a corvi diede la campal battaglia.
 Stavano quei seduti in sù i burroni
 Spiando il ponte per farvi schermaglia:
 Ed eran come neri nuvoloni
 Le sparse ciurme della rea sbirraglia;
 Quando il rotato vol d'alto rompendo
 Sù loro si piombò l'augel tremendo.

Gli uni coll'ale batte, e giù confonde;

Gli altri col rostro brocca, e giù dispelle;
 Vrta col petto questi, e caccia in onde,
 Ma l'unghia a scempio dà le turbe felle:
 Cascano come l'autunnali fronde,
 Quando i querceti l'aquilon convelle;
 E come la gragnuola giù nel fiume
 Battono l'acqua, e tuffano le piume.

Il tonfo, lo svolazzo, il gracchiamento

Di tal fracasso intronò l'aria intorno,
 E tal si fece d'onde agitazione,
 Che Simone, e suoi pari si svegliorno.
 Ei fuor cavò la testa, e l'occhio attento,
 E vide la vendetta del suo scorno;
 Ratto dai corvi che piovean fuggiva,
 Così egli, ed ancor gli altri uscìro in riva.

Poiche fu sullo stagno un nero velo

Di quei pennuti a galla addormentati,
 Poiche fu pace in acqua, in terra, in Cielo,
 E che il falcon gli artigli ebbe posati;
 Pago del bello, e glorioso zelo
 Scendeva in selva pei sentier segnati,
 E con Simone andava in compagnia,
 Degli altri il resto dietro lor seguia.

Ed a

Ed a misura che nel folto entrava,
 Miranda cosa, mutava le spoglie,
 E da falcone cigno diventava,
 Che dolce canto sù per l'aure toglie.
 - Simone amicamente il dimandava,
 Dimmi, chi sei, chi è quel che da me coglie
 Tal d'amor frutto? A cui l'augel divino,
 Jo sono il libro dell' Eroe *DURINO*.

Ei nacque al bel Milan, fu di suo Zio
 Nunzio di Francia seguace, ed ajuto,
 Quando l'Esule Inglese ad oste uscìo,
 E fu il regno di Scozia combattuto:
 Questore in Malta poi fu dato al pio
 Ospitaliere, e militar statuto,
 Quando la Turca nave trafugata
 Dal porto di Stanciò fuvvi acquistata.

Pace all'Italia allor Francia compose
 Dal minacciar dell'Odrisia vendetta;
 Egli oprò molto, e tutto corrispose
 Quel che da lui Roma, e Parigi aspetta.
 Nell'ozio poi tranquillo ivi s'appose
 A far cultura dell'Aonia setta;
 Jvi corresse l'asino codardo,
 Che tagliava ad Orfeo, zamputo Attardo.

Ma contener la sua sì larga mente;
 Come potea quel pugno di paese?
 Ai Polacchi lo diè Papa Clemente
 A preseder tra le pugnaci imprese.
 A loro or poi de' corvi l'insolente
 Ardir, che t'insultò, fece paese;
 Me a loro scrisse, e l'opre tue raccolse,
 Così dal duro sonno alfin ti sciolse.

Simone allor; Deh chi tanta mercede
 Rimeritar saprà, siccome è giusto!
 Jo spero ben che dall' Olimpia sede
 Rimanderassi il secolo d' Augusto
 Non altra gloria certo egli richiede
 Spirto infiammato dell' onor vetusto,
 Che d' essere l' Ascreo ristoratore,
 E di Pindo chiamarsi il nuovo Autore,

Ma tu come puror da mia Polonia
 Quà ne venisti? ah dimmi, or che si fa.
 Latsù tra i vivi? forse nell' Estonia
 Fermo confin mia patria ancor non à?
 Le nostre leggi alla feral Bistonia
 Sentir non feo dall' altra estremita?
 Han disciplina omai gli Ucrainiti?
 Sono già messi al fren gl' immani Sciti?

Chi tiene ora di Pietro il santo foglio?
 Vn altro Sisto che battè Plescovia?
 Oh qual trionfo all' alto Campidoglio
 Mandato avrebbe la Real Cracovia!
 Oh quale al Vatican glorioso spoglio
 Giro farìa dal regno di Chiovia!
 Or dì, che stato egli è del nostro impero?
 Non vi à speranza ancor del gran pensiero?

Così per quei boschetti riverendi
 Tra lor parlando a Museo si pervenne.
 Egli la verga alzò degli stupendi
 Prodigj, e diè à Simon le bianche penne:
 Poi disse, Or vola, e questo al mondo rendi,
 Pigliando l' altro, il qual libro rivenne.
 Simon lieto volò per l' aure vane,
 E il libro rese alle spiagge soprane.



AD ANGELUM DURINUM

ARCHIEPISCOPUM ANCYRANUM

CLEMENTIS XIV. PONTIFICIS

IN POLONIA LEGATUM

Sub nomine

CRISAURI PHILOMUSI

ARCADIÆ PASTORIS

SIMON SIMONIDES LEOPOLITANUS

Ex Campis Elysiis.

JOSEPHO EPIPHANIO MINASOVICIO MASOVITA

I N T E R P R E T E.

Fama CHRYSAURE Tui, magnorum gloria vatum!
Nominis immensi: carminis atque Tui:
Quæ simul & Latium, Lechicum quæ & pervolat orbem,
Fama celer campos venit ad Elyfios.
Protinus excimur noltris è sedibus omnes
Vates, quos Latium, Græcia quosve tulit,
Equæ sinu foecunda suo quos edidit olim
Pierijs felix Sarmatis ora Viris.
Protinus excimur præprimis sedibus ambo:
Veronæ Vates, SIMONIDESQUE Tuus.
Ille, Tuis chartis miratur inesse lepores,
Quos proprios soli credidit esse sibi:

F 2

Ille

Ille suos, elegos seu Tu scribasve phaleucos,
 Transfufos modulos in Tua metra ftupet.
 Hæc eadem miror, nam quis mirarier ifta
 Ceffet, ni. cui cornea fibra fiet?
 Felix! qui vivens didici placuiffe ZAMOSCO,
 Cui veftigalis noftra Thalia fuit.
 Non minus & felix! vitæ qui munere functus,
 Patronum Te habeam, Magne Chryfaure, meum.
 Tempero vix mihi iam, quin voce fientia rumpens
 Exclamem, tacitis qua potis umbra locis:
 Arcadia exulta felix Pastore Chryfauro.
 Veronæ invidias, nil rationis habes.
 Huius enim fi metra legas, iurabis in illis
 Dulce Catullæi carminis effe melos.
 Hic Latix veneres linguæ nofcitque lepores,
 Utque fuit, monftrat, Roma locuta vetus.
 Hic fi quæ fcribit, non tam fcriptiffie videtur,
 Lectorum aft potius pingere res oculis.
 Lechiadum & tellus exulta Vindice noftri
 Nominis! obfcuris quod latuiffet adhuc
 In tenebris, ni luce frui pia cura dediffet
 Chryfauri, parcens fumptibus illa minus.
 Namque ego quod patriis celebror redivivus in oris,
 Doctorum volito quodque per ora virtum,
 Hoc Chryfaure Tuo mihi munere contigit Arcas,
 Munere contigit hoc o Philomufe Tuo!
 Tu noftris vitam dederas famamque Camænis;
 Vſque dabit Muſis vivere Fama Tuis.



AD ALOT-

AD ALOYSIUM LIPOMANUM

VERONENSIVM EPISCOPVM

PAVLI IV. PONTIFICIS MAXIMI

In Polonia Legatum

PETRI ROYZII MAUREI HISPANI

PHALEUCIVM.

HOc mitto Lipomane, carmen hirtum,
Arcto sub gelida mihi quod horrens
Dictavit Boreas, quid an Thalam
Huc credis penetrare? desitura
Nunquam frigora Musa pertimescit.
Scribam carmina, desipit Thalia?
Mavult quallacunqve, quam perire.

AD ANGELVM DURINVM

ARCHIEPISCOPVM ANCYRANVM

CLEMENTIS XIV. PONTIFICIS MAXIMI

In Polonia Legatum.

EPIGRAMMA I.

ANCYRÆ PRAESVL, Musarum Magne Sacerdos,
Nobilis Insubrum gloria, grande decus.
Axe sub Arctoo cum Phæbo agitante calefcis,
Hicque tibi dulci carmine vena fluit.
Ingenium nemo dicat frigere sub Arcto,
Non nisi cui bardo, Musa noverca fuit.

EPIGRAM-

EPIGRAMMA I.

ANGELE Sarmaticos complexus amore Poetas,
 Esse pares Latiis, atque fuisse probas.
 Extorrem nostro fingat procul orbe Thalam,
 Hirtaque sub rigido metra venire Polo;
 Fingat & erret Iber! liquit si Musa Polonos,
 Perpetuoque gelu Castalis unda riget?
 Tu Testis, Vindex, Tu Judex arbiter esto,
 Et Genti impictum scomma abolere stude.

AD EUMDEM.

*Opera SIMONIS SIMONIDÆ Poloni Poetæ sumptibus
 suis reimprimi curantem.*

EPIGRAMMA I.

SIMONIDA moriente, novem planxere Sorores,
 Perfudit Iachrymis Præses Apollo genas:
 Quid speramus erit, quando redivivus ad umbris,
 Aspiciet lucem, Te vegetante, novam?
 Gaudebunt, plaudent manibus, nomenque DURINI,
 Dulcifono cantu vel super astra ferent.

EPIGRAMMA II.

SIMONIDAM vivum prisca coluere ZAMOSCI,
 Quorum gesta canit, bella, trophæa, thoros.
 Gesserunt quæ magna Viri, quæ fortia fortes,
 Carmine laudavit; sunt ab utrinque pares.

De te

De te nil meruit, parcis non exterus Hospes.

Surgat ut a prelo sumptibus usque Tuis?

Sunt Tua facta Deum merito sine, reddere vitam

Funera post, ausit quis? nisi Diva manus?

Sunt tua facta Deum quibus unica cura Poesim ut

Præripiant fati, eripiantque suis.

Jrorind Chalcedon. P. A.

nempe

M. Antonius Zolędowski in Universitate Crac.

S. Thæ. Dr. & Pfr. Can. Cath. Crac.

F I N I S.



XVIII, 2. 10 36

1882

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

F

XVII-2. 1036